

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ira o  
cum uariis

Est ut passio grauissima culpa conscientie quam racio emollit et comprimit. Emolliri enim potest, eradicari non potest, quoniam animus, qui est rationis capax, non est suarum passionum dominus sed repressor. Neque enim fieri potest ut facilis ad iracundiam non irascatur, sed ut racione se temperet, indignacionem cohibeat, a puniendo se reuocet, sicut et propheta nos docet dicens: Irascimini et nolite peccare. Concessit quod nature est; negavit quod culpe est.

Ambrosius de Iacob et uita beata libro I.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Ira o] Ira n P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; repressor] reprehensor P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; reuocet] renouet (*cor. infra*) B; sicut *om.* (*add. in marg.*) M; est *om.* C